



Universitätsbibliothek Paderborn

**Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis
Disciplinis & religione Christiana**

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

193. Quòd fideles laici communicare debeant.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

De Presbyteris qui , celebrata Missa , non
communicant. *Ex Canonibus*

Apostolorum.

C X C I I . Si quis Episcopus aut Presbyter
aut Diaconus vel quilibet ex sacerdotali cata-
logo facta oblatione non communicaverit ,
aut causam dicat ; & si rationabilis fuerit , ve-
niam consequatur ; aut si non dixerit , com-
munione privetur , tanquam qui populo cau-
sa læsionis extiterit .

Canon. Apo.
stolor. c. 9.
Burchard. lib.
3. c. 79.

Quod fideles laici communicare debeant.

Vnde suprà.

C X C I I I . Omnes fideles Christiani qui
ingrediuntur Ecclesiam die dominico , & scrip-
turas Apostolorum & evangelium audiunt ,
non autem perseverant in oratione usque dum
Missa peragatur , nec sanctam communionem
percipiunt , velut inquietudines Ecclesiæ com-
moventes convenient communione privari .

Can. Aposto-
lor. c. 10.
Burchard. lib.
2. c. 67.

Vnde suprà.

Omnes qui ingrediuntur Ecclesiam Dei &
scripturas sanctas audiunt , neque communi-
cant in oratione cum populo , sed pro quadam
intemperantia se à perceptione sanctæ com-
munionis avertunt , hi de Ecclesia removean-
tur quandiu per confessionem pœnitentiæ fru-
ctus ostendant .

Burchard. lib.
2. c. 68.

De diligentia corporis Domini. *Ex defini-*
tione ecclesiasticorum dogmatum.

C X C I V . Cotidie eucharistiæ commu - Burchard. lib.

G